



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1766**

**VD18 90118251**

§. 62. Prænense evertitur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

Sæcul. XIII.  
A. C. 1299.

§. LXII.

*Præneste evertitur.*

*c. un. de  
schism. in 6.  
Sup. §. 49.*

*J. Vill. 1.8.  
c. 21. 23.  
Rayn. 1298.  
n. 22.*

Eidem libro, ubi de schismaticis agit, insertas voluit litteras Bonifacius, quas contra Columnas die Ascensus Domini 15 Maji an. 1298 ediderat, & per quas confirmabat tres alias anno priorē scriptas. Palatia & domos, quas illi Romæ habebant, destrui, & ut ex urbe Prænestina cæterisque locis suis pellerentur, expeditionem sacram contra eos e templorum suggestibus suaderi jussit promittique eandem noxarum veniam, quæ Palæstinam petentibus data esset. Cardinalem Matthæum Aquaspartanum Episcopum Portuensem collectis præfecit copiis, quæ cum obsessam Nepitam in fidem accepissent, Columnæ mense Septembri ejusdem anni 1298 agitates pacis consilia venerunt Reate, ubi Papa residebat, & ad ejus pedes prostrati flagitabant misericordiam. Ignovit, & anathema sustulit: sed Præneste sibi voluit tradi: traditumque funditus evertit.

Edidit deinde litteras, per quas hanc urbem ob seditionem punit, jure civitatis societatisque, ac honore sedis episcopalis & cardinalitiæ privat, atque prohibet, ne incolatur in posterum. Ut tamen sex episcopatus Cardinalium ex instituto

stituto veteri confervet, ait: Prope lo-  
 cum, ubi erat Præneste, urbem novam  
 condidimus: hanc dici Papæ civitatem,  
 hujus cathedrale templum esse Sancti  
 Martyris Agapiti ædem, quæ id stante  
 Præneste jam fuit, ibique in honorem  
 S. Bonifacii erigi aram volumus. Dabat  
 13 Junii an. 1299. Novæ civitati suæ E-  
 piscopum præfecit Theodoricum Raine-  
 rium Urbevetanum, quem priore mense  
 Decembri Cardinalem creaverat: sed Pa-  
 pæ civitas non duravit diutius, quam  
 vita Bonifacii. Hæc Prænestis ever-  
 sio facta est contra pactum cum Columnis  
 initum: qui sic delusi ante anni finem  
 denuo movebant turbas: sed a Papa  
 proscripti rursus ac exagitati, quod vi-  
 tæ vel libertati timerent suæ, Romæ vi-  
 ciniam cum adiutoribus suis reliquere.  
 Siciliam alij, alij Franciam, vel alia pete-  
 bant loca: quæ, quamvis sese abderent,  
 sæpe mutabant, præsertim duo Cardina-  
 les; atque ita manebant in exilio, quam-  
 diu vivebat Bonifacius.

Sæcul. XIII.  
 A. C. 1299.

Ughell. to. I.  
 p. 244.

Villani  
 c. 23.

§. LXIII.

*Jacoponus ex Ordine Minorum.*

Cum Præneste obsideretur, quidam ex  
 Ordine Minorum Jacoponus nomine  
 ibi displicentem sibi Papæ modum agen-  
 di liberrime carpebat. Qui potitus urbe  
 homi-